



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Sponsalibus Et Matrimoniis. Titulus Primus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

DECRETALIVM EPI- STOLARVM GREGORII LIBER QVARTVS.

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.
TITVLVS PRIMVS.
CAPITVLVM PRIMVM.

*Matrimonium consensu contrahitur, nec invalidatur, si consue-
rudo patrie non seruetur.*

Ex Concilio Triburiensi. a

DE Francia quidam nobilem b mulie-
rem de Saxonia, lege [Saxonum] duxit
in uxorem: verum quia non eisdem u-
tuntur legibus Saxones & Franci [genæ.]
causatus est, quod eam non sua, id est,
Francorum lege desponsauerat, vel ac-
ceperat, vel donauerat, dimissaque illa,
aliam superduxit. Definivit super hoc sancta synodus, ut
ille transgressor Evangelicæ legis subiciatur poenitentia,
& à secunda conjugè separetur, & ad priorem redire co-
gatur.

CAP. II.

*Sponsalia de futuro dissoluantur, si sponsi se dissoluant, etiam si
serui iurata.*

Innocentius III. Exonen. c. Episcopo.

Praterea d, hi qui de matrimonio contrahendo purè
& sine omni conditione fidem dederunt, commone-
di sunt, & modis omnibus inducendi, ut præstitam fidem
obseruent. Si autem se adinvicem admittere noluerint:
ne forte deterius inde contingat, ut talem scilicet ducat,
quam odio habet e: videtur, quod ad instar eorum, qui
societatem interpositione fidei contrahunt, & postea ean-
dem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari.

CAP. III.

*Si maior septennio duxerit in uxorem minorem septennio, & eam
tradaxerit ad domum, oritur ex tali contracta publica honestatis iu-
stitia, h. d. inbarendo litera Pannorm.*

Eugenius Papa.

Iuuenis f, qui puellam nondum septennem duxit,
quamvis ætas repugnaret, ex humana tamen fragilitate
forsan tentauit, quod complere non potuit. Quia
igitur in his, quæ dubia sunt, quod certius existimamus,
tenere debemus: tum propter honestatem ecclesiæ, quia
ipsa conjunx ipsius fuisse dicitur, tum propter prædictam
dubitationem: mandamus g, quatenus confobrinam
ipsius puellæ, quam postmodum duxit, diuidas ab eo-
dem.

CAP. IV.

*Ex sponsalibus contractu cum consanguinea, oritur publica hono-
ratis iustitia.*

Alexander III. Papien. Episcopo.

Audientiam h nostri apostolatus peruenit, quod

a Ca. 39. refert Bar. l. 9. Decret. 76. l. 10. p. 8. c. 23. b C. r. eod. in. 2. comp. c Exonen. d C. r. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. sub Alex. III. p. 6. c. 33. e habeat. f C. r. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 12. c. 8. g Mandamus ut, absq. voce quatenus. h C. r. eod. tit. in 1. comp.

cùm H. Papiensis civis filiam suam cuidam filiorum I. vellent dare uxorem: iuravit, quod si ille habere eam casu aliquo interveniente non posset, alteri filio, quem de alia uxore genuerat, eandem matrimonio copularet. Contractis autem à filio priore sponsalibus, quidam consanguinitatem inter eos esse iuramentis interpositis firmaverunt. Ideoque præfatus H. eandem dari alteri filio nititur, ut iuravit. Sed quoniam scriptum est, quod sponsam fratris, frater habere non potest: mandamus, quatenus eum suum implere propositum non permittas, sed ut poenitentiam agat de illicito iuramento, monitione præmissa, ecclesiastica districtione compellas.

CAP. V.

Si sponsus de futuro ante copulam ad remota se transfert, sponsa liberè cum alio contrahat, si tamen per eam stetit, quo minus matrimonium perficeretur, sibi poenitentia imponitur.

Idem Pannormitan. Archiepiscopo.

De illis autem d, qui præficto iuramento promittunt, se aliquas mulieres ducturos, & postea eis incognitis dimittunt terram, se ad partes alias transferentes: Hoc tibi volumus innotescere, quod liberum erit mulieribus ipsis (si non amplius in factu est processum) ad alia se vota transferre, recepta de perjurio poenitentia, si per eas stetit, quo minus fuerit matrimonium consummatum.

CAP. VI.

*Non omni violentia impedit contractum matrimonii, b. d. quo-
ad titulum.*

Idem Paduano Episcopo.

De muliere h, quæ est invita tradita viro & detentat cum inter vim & vim sit differentia, utrum postea consensus intercesserit, certum nobis nihil postea expressi, nihil certum inde tibi possumus respondere.

CAP. VII.

Si aliqui apti ad matrimonium, contrahunt per verba obscura, communem verborum intellectum sequi tenentur.

Idem Cantuarien. Archiepiscopo.

Ex literis e: [& f.] De hoc autem quod consu-
luisi, quid debeat observari, quando inter aliquos sponsalia contrahuntur, nec intelligat alter, quod alter proponit: Respondemus, quod inspicendum est iudici, si matrimonium contracturi, ad id faciendum sint idonei scientia & ætate: quo cognito, si alter non intellexerit, quod alter proposuit, ad communem verbi

a C. r. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 6. c. 12. b C. r. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 6. c. 19. c C. r. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 41. c. 8. Vide Alex. c. 112. in volum.

intelligentiam recurratur a, & cogatur uterque verba prolata in eosentiu retinere, quem solent recte intelligentibus generare.

[1 Quis super causa matrimonii cuiusdam juvenis R. nomine & M. filia Gileberti, de sancto Leodogario transmissi, tua felicitudo nobis innotuit, quod in ipsius negotii examine servasti. Quia vero absentibus partibus veritatem nequaquam plenarie cognoscere, nec causam ipsam ad te remittere, a quo pars altera mulieris ad audientiam nostram noscitur appellasse, eam ven. fr. n. V. Vint. Herford. & Baton. Episcopia duximus committendam. Ideo, f. t. per a. f. in g. partes adire eorum presentiam, eam ab eis fuerint convocata, & quod ipsi iudicaverint, invariabiliter observare, contradictione & appellatione re. compellat.]

CAP. VIII.

Inter sponsam & consanguineos sponsi oritur impedimentum publica honestatis, impediens & dirimens matrimonium inter eos contrahendum.

Idem Vigiens. Episcopo.

Sponsam b alterius (maximè si est nubile ætati proxima) nullus consanguineorum aliquo modo sibi potest matrimonio copulare.

CAP. IX.

Si vir & mulier invicem promittunt, quòd ab eo tempore se pro conjugibus habeant, contractum est matrimonium de presenti. b. d. & est casus notabilis.

Idem Abbatibus sancti Edmundi c. & Demer. d.

Ex parte e c. f. mulieris nobis intimatum est, quòd Andreas juramentum præstitit, quòd eam ab eo g tempore pro conjugere teneret, & ei sicut uxori suæ fidem servaret. Ipsa quoque eidem Andree juravit se illum pro marito habituram, & fidem eitanquam viro proprio servaturam: quo facto prænominatus A. reliquit eandem. Quia igitur nemini licet uxorem suam sine manifestata causa fornicationis dimittere, & tunc eam sibi reconciliare debet, aut ipsa vivente continere: mandamus, quatenus eundem, ut superinducta dimissa, ad uxorem suam redeat, & eam maritali adfectione pertractet, monitione præmissa per eccl. cen. cogatis.

CAP. X.

Qui juravit cum aliqua contrahere, si non subest impedimentum, per censuram ecclesiasticam contrahere compellitur.

Idem Pictaviens. Episcopo. h.

Ex literis i Silvani Episcopi accepimus, quòd cum duo nobiles viri sui episcopatus G. k scilicet de Monstra. & B. filios & filias impubescentes haberent, inter se convenerunt, quòd eos adinvicem matrimoniis copularent, & hoc tam patres, quam filii sub iuramento l. promissere facturos: inter quos liquidem G. filiam alterius consentiente patre se semel & iterum juravit ducere in uxorem: quo volente ad alia vota migrare, eum Episcopus compellere voluit, ut quòd juraverat, adimpleret: [1 & 7.] Quia igitur prædicto G. periculosum est, contra suum iuramentum venire: frat. t. mandamus, quatenus si hoc tibi constiterit, eum moneas: & si non adqueverit monitis, eccl. cens. compellas, ut ipsam (nisi rationabilis causa obtulerit) in uxorem recipiat, & maritali adfectione pertractet.

[2 Ipse ad nostram audientiam appellavit, & altera parte ad nos nuntium suum destinante, ipse non venit, nec responsalem aliquem pro se transmisit.]

CAP. XI.

Per censuram ecclesiasticam pater compellitur restituere filio eius uxorem, quam iniuste detinuit vel detinet.

a Concordat. l. Labeo. & ibi Bart. De supel. leg. b C. 7. eod. tit. in 1. compil. c Cadmunda & de Mesica. d al. Ramefia. e C. 8. eod. tit. in 1. comp. f E. g In C. Barb. rta: ab eo tempore in antea. h Pictaviens. i C. g. eod. tit. in 1. compil. & post. conc. Lat. p. 1. c. 20. k VV.

Idem Arciepiscopo, Episcopo, & alii prælato per Anglicam constituta.

Non est a vobis (sicut arbitramur) incognitum quod Rex Anglorum pro discordia, quæ inter ipsum & filios suos est suborta b, uxores eorum detineat: & infra. Nos itaque attendentes iustum & honestum esse, ut viri suas petant uxores: mandamus, quatenus eundem Regem ad eas restituendas sollicitè moneatis: & si iuxta commonitionem vestram filius suos uxores suas intra certum terminum non restituerit, extunc in quacunque provinciarum vestrarum detinentur vel transferuntur, donec ibi fuerint, nulla divina officia (præter baptismum & parvulorum, & pœnitentias morientium) celebretis, nec permittatis aliquatenus celebrari.

CAP. XII.

Dicitur unus adferentis impedimentum, impedit matrimonium contrahendum, non iuratum.

Idem Episcopo sancte Agathe.

Præterea de muliere d, quæ a viro impeditur, cuius consanguineus cum ea se deliquisse proponit, sed hoc publicè confiteri recusat propter metum & potentiam mulieris: Taliter respondemus, ut matrimonium ipsum fieri (nisi iuramentum intervenisset) districte perhibeatis, ne deterius inde contingat.

CAP. XIII.

Si mulier invita cum aliquo contrahat, nec in eum postea consentiat, tenet matrimonium, si altera postea convit. Ita committer sumatur. Et secundum hunc intellectum esset his casus a peritus, quòd matrimonium metu contrahit, esset ipse iure nullum, hoc tamen clare non colligitur ex litera.

Idem procuratori & canonico Soran.

Veniens e ad Apost. sed. Mariotâ supplicii infamiatione monstravit, quòd quandam adolecentem adinvicem in tantum, quòd uterque f de matrimonio contrahendo, sub trinum personarum testimonio præstitit g iuramentum: quòd parentes mulieris ipsius ignorantes, eam invitam & reclamantem in uxorem alii traderunt: quem ita exhorruit, quòd se ab eo nullo modo cognoscere permisit. Cumque publicè faretur, quòd a priori viro cognita esset, atque jurata, Episcopus Soran. cognito, quòd proxima inter eos esset linea consanguinitatis, ipsos ab invicem separavit. Cæterum cum causa ipsa tractaretur, & viro, cui tradita fuerat à parentibus, confiteri noller, ipsam in uxorem tradidit, & illa cuidam f. nomine publicè in conspectu ecclesie nupsit. Tandem cum h de illo filium genuisset, pater ipseus T. ei opposuit quòd filium suum non potuit in virum habere, & quòd alii i, qui defunctus est, prius desponsata fuisse [1 & 7.]

Mandamus, quatenus si inveniris, quòd prædicta mulier à priori viro iudicio ecclesie fuerit separata, & ab eodem T. sine contradictione ecclesie in uxorem tradita, & ille cui à parentibus fuit k copulata de presenti vix deceisset, prædictum T. munitione præmissa compellatis, ut præfatam Mariotam recipiat, & studeat maritali adfectione tractare: alioquin eum, & superinductam, & patrem eius l (si huic rei m restiterint) excommunicationis subdatis.

[2 Quòd cum assertioni eius fides fieri non debuimus, non adhibuimus, nec potuimus sub silentio prætere, eam ad nos duximus remittendam, vobis per Apost. sed. mandantes.]

CAP. XIV.

Si visetur inferri violentia puella, de cuius matrimonio agitur, debet iudex sibi providere locum tutum & honestum, donec causa terminetur. b. d. Et est reus multum allegabit.

a C. 13. eod. tit. in 1. comp. b aleff. exorta. c baptisma. d C. 16. eod. tit. in 1. comp. & post. conc. Lat. p. 30. c. 10. e C. 17. eod. tit. in 1. comp. f quod ut, &c. g præstitit. h Sicut cum de illo. i ab alio, k fuerat l ipsius, m restiterit.



Idem Papiensi Episcopo.

Ubi locum a non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit, necesse est, ut ubi adensus cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur: & ubi de ipso quæritur, plena debet securitate ille gaudere, cujus est animus indagandus, ne per timorem dicitur sibi placere, quod odit, & sequatur exitus, qui de iniuriis solet nuptiis provenire. Quocirca mandamus, quatenus puellam, de cuius matrimonio quæstio ventilatur, in domo, in qua nihil eam timere oporteat, facias honestè teneri, donec prædicta causa terminata fuerit, & b sententia sine contradictione cuiusquam valeat executioni mandari.

CAP. XV.

Sponsalia de futuro, si secuta est copula, non solvantur per sponsalia de presenti: aliter tenent sponsalia de presenti, nisi per mentem, qui potius esse eadem in constantem virum, contracta sint.

Idem.

Veniens e ad nos Gu. sua nobis relatione monstravit, quod in domo sua mulierem quandam receperit, de qua prolem habuit, & cui fidem coram pluribus præstitit, quod eam duceret in uxorem: Interim autem cum apud domum vicini sui pernoctaverit, ejus filia nocte illa secum concubuit, quos pater puella simul in uno lecto inveniens, ipsum eam per verba de præsentis desponsate coegit. Ideoque mandamus, quatenus si inveniatis, quod primam post fidem præstitam cognoverit, ipsum cum ea factis remanere: alioquin secunda (nisi metu coactus, qui potest d in virum constantem cadere, eam desponsaverit) adhzere facias, ut uxori.

CAP. XVI.

Qui juravit cum aliqua contrahere, si vult religionem ingredi, tunc primo contrahere, ut juramentum servetur, & ante copulam veralem monasterium ingredi poterit.

Idem Exoniensi Episcopo.

Commissum e. & infra. Significavit nobis fratrem. tua, quod quidam cuidam mulieri de contrahendo matrimonio fidem dedit, & se cum ea intra biennium per verba de presenti contracturum præstito juramento firmavit: nunc autem privata lege ductus ad frugem meliorem vite transire suspirat: & infra. Frat. tua respond. quod tutius est ei (religionem juramenti servata) prius contrahere, & postea, si elegerit, ad religionem migrare: si tamen post desponsationem copula non dignoscitur intervenisse carnalis.

CAP. XVII.

Qui juravit cum aliqua contrahere, moneri potius debet, quam compelli, ut contrahat, h. d. in harenado litera.

Lucius III. Rapalen. f. Episcopo.

Requisivit g a nobis tua frater. qua censura mulier compelli debeat, que iurjurando religione neglecta nubere renuit, cui se nupturam interposito juramento firmavit: [1 & 7.] Ad quod b. r. quod cum libera debeant esse matrimonia, monenda est potius, quam cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.

[1 Quævisisti etiam, utrum ea cuius vir matris thorum pulsat, ad alia vota, cum mater fieri desideret, vno posse virgine transire.]

CAP. XVIII.

Litu pendencia super matrimonio non impedit secundum matrimonium contrahi, si primus erat nullum.

Urbanus tertius.

Ubi in a Apostolica: [1 & 7.] Intelleximus, quod cum inter villicum de Arvera, & uxorem ejus matrimonii quæstio tractaretur b, ante publicationem reseratum villicus reversus ad propria, publicè inter se & uxorem suam proposuit sententiam divortii, iudicio ecclesiæ promulgatam: & sic falsitate suggesta, quandam aliam facti nesciam e sibi copulare præsumpsit. Postmodum verò super prioris matrimonii quæstione licetis impetratis delegati iudices sententiam divortii protulerunt. Verum quia villicum & mulierem, quam superinduxit, pendente lite prioris uxoris invicem assensu consensisse. Consult. t. t. r. quòd imposta viro poenitentia competenti, & intra poenitentia tempus carnali commercio interdicto: postmodum in maritali copula poterunt remanere.

[1 Cui licet immeriti præsidemus, magistrum residentem totius ecclesiastica disciplina, dignum est & consonum rationi, ut quoties circa negotia ecclesiastica aliquid dubietati emerget, ad ipsius deliberationem arbitrium recurratur.]

CAP. XIX.

Uxor non certificata de morte viri, contrahere non potest, quamvis ignoret quid sit de marito, qui longo tempore absuit.

Clemens tertius Casarugustensis

Episcopo. d

In præsentia e nostra quasivisti, quid agendum sit de mulieribus, quæ viros suos causa captivitatis, vel peregrinationis absentes ultra septennium prætolatæ fuerint: nec certificari possunt de vita vel de morte ipsorum, licet super hoc sollicitudinem adhibuerint diligentem: & pro juvenili ætate, seu fragilitate carnis, nequeunt continere, petentes aliis matrimonio copulari. Consul. ergo t. t. respond. quòd quocumque annorum numero ita remaneant, viventibus viris suis, non possunt ad aliorum consortium canonicè convolare, nec auctoritate ecclesiæ permittas contrahere, donec certum nuncium recipiant de morte virorum.

CAP. XX.

Contractus matrimonii cum peccatrice volente se corrigere, proficit ad remissionem peccatorum.

Idem.

Inter opera g charitatis non minimum est, errantem ab erroris sui semita revocare: [1 & infra.] Statuimus, ut omnibus, qui publicas mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in uxores, quod agunt, in remissionem proficiat peccatorum.

[1 Ac præsertim mulieres voluptuosè viventes, & admittentes indifferenter quoslibet ad commercium carnis, ut castè utantur, ad legitimum thori consortium invitare. Hoc igitur attendentes, aucto.]

CAP. XXI.

Matrimonium per vim contractum, & cohabitatio spozanea convalescit, h. d. & quotidie allegatur.

Idem.

Ad id h, quod per tuas literas intimasti de quadam parociana tua, quam suus vitricus cuidam Teathonico matrimonialiter copulavit: Tahter r. quòd quamvis undecim annos habens, ab initio invita fuisset ei tradita & renitens: tamen quia postmodum per annum & dimidium sibi cohabitans, consensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire: nec de cætero recipiendi sunt testes, si quos memorata mulier ad probandum, quòd non consenserit in eundem, nominaverit pro-

a C. 29. eod. tit. in 2. comp. & post. conc. Lat. p. 6. c. 21. b veteretur. c infra. d Casarugustano. e C. 3. eod. tit. in 2. comp. f fuerint. g C. 3. eod. tit. in 2. comp. Ant. Gomez. 3. viar. res. l. c. 13. Jul. Clarus in prac. crim. 5. fin. q. 93. & Covarr. in ep. 4. Decr. p. 2. c. 8. 4. 11. h C. 7. eod. tit. in 1. compilation. vid. Olt. trad. consil. 30.

ducendos, cum mora tanti temporis huiusmodi probationem a excludit: Mandamus igitur, ut propter hoc non omittas, quo minus utrumque compellas ad alterum maritali affectione tractandum, nisi forte vellent ad religionem pariter convolare, poenitentia eis iniuncta pro eo, quod ad alienos, & illicitos concubitus uterque transiit.

CAP. XXII.

Sponsalia de futuro, etiam jurata, solvuntur per secunda sponsalia de presenti, non autem per secunda de futuro.

Innocentius III. Fernatin. b. Episcopo.

Sicut e ex literis tuae frater accepimus, cum Lau. p. r. cianus tuus P. mulierem se ducturum in conjugem, in manus patris ejusdem P. jurantis, quod eam sibi traderet in uxorem, proprio firmerem potius, quo minus inter eos matrimonialis solemnitas sit secuta, quatuor postmodum, vel quinque annis elapsis idem L. E. mulierem per verba de presenti (ut ejus consanguinei asserunt) desponsavit: [1 & 7.] Postulationi tuae taliter respondemus, quod si tibi confiteris, quod idem L. P. per verba de futuro E. vero desponsaverit per verba de presenti: imposita ei poenitentia competenti, quia primam fidem irram fecit (nisi forsitan in juramento suo certum terminum, intra quem dictam P. duceret in uxorem, praefixit, nec per eum steterit, quin ad statutum terminum matrimonium consummaverit) matrimonium secundo loco contractum legitimum iudices, & ad illud servandum compellas eundem. Quod si forte per verba de futuro sponsalia cum utraque contraxit, juramentum primum sicut licite factum est, ipsum servare compellas, de secundo ei poenitentiam injuncturus. Quod si de his non constat ad plenum, tamen adhuc cognosce de causa, donec super his sufficienter d. instruaris.

[1 Propter quod frater praedictae P. suam deposuit in praesentia tua questionem. Quia vero quid super his agendum sit, nostro postulas responso edoceri.]

CAP. XXIII.

Mutus & surdus, & omnes qui non prohibentur, matrimonium contrahere possunt.

Idem Arelatensis Episcopo.

Cum apud sedem * Apostolicam: [1 & 7.] Sanè consuluisti nos, utrum mutus & surdus, alicui possint matrimonialiter copulari. Ad quod taliter respondemus, quod cum prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo, ut quicumque non prohibetur, per consequentiam admittatur, & sufficiat ad matrimonium solus consensus illorum, de quorum, quarumque conjunctionibus agitur: Videtur, quod si talis velit contrahere, sibi non possit, vel debeat denegari. Cum quod verbis non potest, signis valeat declarare.

[1 Cui licet immeriti praesidemus, totius ecclesiae disciplinae resideat magistratus, dignum & consonum est rationi, ut quoties circa negotia varia & diversa quodcumque dubitationis emerferit, ad ipsius iudicium recurratur. Quae disponente Domino, inter omnes ecclesias obtinere meruit principatum.]

CAP. XXIV.

Eurosus matrimonium contrahere non potest.

Idem Verstel. Episcopo.

Dilectus f. filius R. proposuit g. quod filiam suam cuidam matrimonialiter copulavit: [1 & 7.] Cum autem eadem mulier, cum ipso viro, qui continuo fu-

a Excludat. b Fernatin. a. Ferrar. c C. i. eod. tit. in 1. comp. d sufficientius. e C. 3. eod. tit. in 3. comp. & de materia videlicet quod matrimonium contrahitur per mutus & signa interius consensus experimentia: Vid. Thom. 4. sent. dist. 27. & ibi doctum q. 1. art. 3. f C. 4. eod. tit. in 3. comp. g proposuit contra nos.

rore laborat, morari non possit, & propter a alienationem furoris legitimus non potuerit intervenire consensus: mandamus, quatenus si rem noveritis esse, praefatas personas cures ab invicem separare.

[1 Ignorans quid ipse esset furiosus. Unde humiliter supplicavit a nobis, ut tam eadem quam ipse filia confutere dignemur.]

CAP. XXV.

Solo consensu legitimo contrahitur matrimonium, sed verba requiruntur, quoad probationem: Et intellige vel alia signa aequivalentia, h. d. secundum intellectum, quam tenet Panorm.

Idem Braxien. Episcopo.

Tua b fraternitati: & J. Postulasti, utrum ex solis verbis, & ex quibus matrimonium contrahatur. Nos igitur inquisitioni tuae taliter respondemus, quod matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri & mulieris consensum: sed necessaria sunt, quantum ad ecclesiam, verba consensum experimentia de praesenti. Nam c. furdi & muti possunt contrahere matrimonium per consensum mutuum sine verbis: & pueri ante annum legitimos per verba sola non contrahunt, cum intelligatur minimè consentire.

CAP. XXVI.

Si alter contrahentium utitur verbis dubiis, animo decepti mulierem, & eam postmodum cognoscit carnaliter, iudicatur pro matrimonio in foro judiciali: sicut in poenitentia, h. d. secundum verum & communem intellectum.

Idem.

Tua d nos duxit fraternitas consulendos: & infra Consequenter quaesivisti, cum quandam mulierem quidam aliter inducere nequivisset, ut sibi committeretur carnaliter, sed desponsasset eandem: nulla solemnitate adhibita, vel alicujus praesentia, dixit illi, Te Ioannes desponsat: cum ipse Ioannes non vocaretur, sed finxit se vocari Ioannem: non credens esse conjugium, eo quod ipse non vocaretur hoc nomine, nec haberet propositum contrahendi, sed copulam tantum exequenti carnalem: utrum inter praedictos sit matrimonium celebratum, cum mulier consentire in eundem, & ille dissenserit: & dissentiat: nec aliud quicquam f. egerit, quam superius est expressum, nisi quod cognovit eandem? Super quo tibi respondemus, quod cum praefatus vir praedictam desponsaverit mulierem in propria persona, & sub nomine Ioannis, quo vocari tunc se finxit, & inter eos sit carnalis copula subsecuta: videtur fore pro conjugio praesumptum, nisi tu nobis expressè scripsisses, quod ille non proposuit, nec consensit illam ducere in uxorem: quod taliter tibi confiteris non videmus. Nos autem quod tibi sit scribentes, dicimus, quod si res ita se habet, videlicet, quod ille eam non proposuit ducere in uxorem, nec unquam consensit in praedictam personam, non debet ex illo facto conjugium iudicari, cum in eo nec substantia conjugalitatis contraxerit, nec forma contrahendi conjugalis valeat inveniri: quoniam ex altera parte dolus solummodo adfuit, & desuit omnino consensus, sine quo contra nequeunt fecus perficere conjugale.

CAP. XXVII.

Ad denunciationem unius bonesti viri, qui deserit conjugium, & de fama vel scandalo docet, impeditur matrimonium contrahendum.

Idem Episcopo Belucen.

Cum in g. tua dioecesi: & infra. Sanè quia contigit interdum, quod aliquibus volentibus matrimonium contrahere, bannis (ut tuis verbis utamur) in co-

a Forte legendum, & propter alienationem mentis: sed nullus ex antiquis Codicibus assipulatur. b C. 1. eod. tit. in 3. comp. c dicitur furdi, deest in omnibus Codicibus. d C. 1. eod. tit. in 4. comp. e In C. Bar. & ille dissenserit in eadem. f Aliquid. g C. 2. eod. tit. in 4. comp. dicitur

deleis editis, ac nullo contradicte publice comparete, licet fama privatim impedimentum deferat parente-
 la, cum ex parte contrahentium iuramenta majorum
 de sua propinquitate (ut suspitionis tollatur materia)
 offeruntur: a quid tibi sit faciendum in casibus hujus-
 modi, quaesivisti. Ad quod taliter respond. quod si per-
 sona gravis, cui fides sit adhibenda, tibi denunciet, quod
 hi, qui sunt matrimonio copulandi, se propinquitate
 contingant, & de fama vel scandalo doceat, aut etiam
 per seipsum possis certificari de plano: non solum de
 bes iuramenta parentum sponte oblata non recipere, ve-
 rum etiam eos, qui sic contrahere nituntur, si moniti
 induci nequiverint, compellere, ut à tali contractu desi-
 stant, vel contra famam hujusmodi, secundum tuam dis-
 cretionis arbitrium iuramenta exhibeat propinquorum.
 Alioquin si persona denuncians, non extiterit talis, ut
 diximus, & de fama b, vel de scandalo non poterit edo-
 ceteri: ad desistendum monere poteris, non compellere
 contrahentes.

CAP. XXVIII.

Mulier, qua negat se in matrimonium consensisse, non creditur,
 maritus probante contrarium: scilicet si probat se consensisse per me-
 mos, qui potest cadere in constantem virum.

Honorius III. Episcopo Berguen. c.

Consultationi d. tuae breviter respondemus, quod
 mulieres, que veniunt ad valvas ecclesie benedicen-
 de cum sponsis, & ibi reclamantes, adfirmant se nunquam
 in eorum matrimonium consensisse, audiri (sponsis legiti-
 me probantibus contrarium) non oportet: cum legiti-
 mis & idoneis testibus non debeat illarum simplex ad-
 versio prevalere. Sanè illis, que benedictione accepta
 mox à sponsis aufugiunt, ante carnis copulam subsecu-
 tam, adferentes se nunquam in illos veraciter consensisse,
 sed metu illato compulsas verba protulisse consensisse,
 licet animo dissentirent: non statim est audientia
 deneganda, sed de illato metu est cum diligentia inqui-
 rendum: & si talis metus invenitur illatus, qui potuit
 cadere in constantem e virum, erunt non immerito au-
 dienda.

CAP. XXIX.

In matrimonio & sponsalibus debet esse libertas, unde in eis pro-
 missio pena non obligat.

Gregorius IX.

Gemma f. mulier nobis exposuit, quod cum T. filia
 ejus cum C. contraxit g. matrimonium, B. de Alte-
 rio ea occasione, quod inter P. filium suum, & prædi-
 ctam puellam intra septennium constitutos sponsalia
 contracta fuerunt, poenam solvendam à parte, qua con-
 traveniret, in stipulatione adpositam à ipsa nititur ex-
 torquere. Cum itaque libera matrimonia esse debeant,
 & ideo talis stipulatio propter poenæ interpositionem sit
 merito improbanda: mandamus, quatenus si est ita, eun-
 dem B. ut ab extorsione prædictæ poenæ desistat, ecclesia-
 stica censura compellas.

CAP. XXX.

Sponsalia de futuro transiunt in matrimonium per carnalem co-
 pulam subsecutam, sed non per nulum carnalis copula. tantum. b. d.
 cum c. in. infra eodem.

Idem Episcopo Cenomanen.

I. s. b, qui fidem dedit M. mulieri super matrimonio
 contrahendo carnali copula subsecuta, etsi in facie

a offerantur. b aut de fama, &c. c Besguenens. alt.
 Besguens. al. Besguenens. al. Besguen. al. Bononiens. d Vide Iul.
 Clarum in Pract. crim. s. fi. q. 6. unde intelligit, qua ad hunc locum
 referunt. e Quia dicitur talis metus, vid. l. qui in aliena. s. ff. ff.
 de adqui. her. f Vid. conc. Trident. sess. 24. de reform. mat. c. 9. &
 Covarr. in Ept. 4. Decr. p. 1. c. 3. s. 1. g contraxerit. h Pra-
 ter Henric. Boch. & Præpositum, vid. Covarr. in Ept. 4. Decret. p. 1.
 cap. 4. s. 1.

ecclesie ducat aliam & cognoscat, ad primam redire te-
 neatur: quia licet præsumptum primum matrimonium
 videatur, contra præsumptionem tamen hujusmodi non
 est probatio admittenda. Ex quo sequitur, quod nec
 verum, nec aliquod censetur matrimonium, quod defa-
 cto est postmodum subsecutum.

CAP. XXXI.

Sponsalia de presenti non solvantur per sequens matrimonium,
 etiam carnalis copula consummatum. Sed sponsalia de futuro et-
 iam jurata solvantur per sequentia de presenti.

Idem.

Sinter a virum & mulierem legitimus consensus in-
 terveniat de presenti, ita quod unus alterum mutuo
 consensu verbis consuetis expressio recipiat, utroque di-
 cente: Ego te in meam accipio, & ego te accipio in
 meum, vel alia verba consensum exprimentia de præ-
 senti: sive sit iuramentum interpositum, sive non, non
 licet alteri ad alia vota transire: quod si fecerit, secun-
 dum matrimonium de facto contractum (etiam si sit
 carnalis copula subsecuta) separari debet, & primum in
 sua firmitate manere. Verum si inter ipsos accessit b
 tantummodo promissio de futuro, utroque dicenti alteri:
 Ego te recipiam in meam, & ego te in meum, sive
 verba similia: si alius mulierem illam per verba de præ-
 senti desponsaverit, etiam si inter ipsam & primum iura-
 mentum intervenerit (sicut diximus) de futuro, hujusmo-
 di desponsationis intuitu secundum matrimonium non
 poterit separari, sed eis est de violatione fidei peniten-
 tia injungenda.

CAP. XXXII.

Nisus ad copulam non facit sponsalia de futuro transire in matri-
 monium.

Idem.

A dolescens c, qui desponsatam sibi per verba de fu-
 turo, licet saepe nisus fuerit, carnaliter non cogno-
 scens, cum alia postmodum per verba de presenti contra-
 xit: non primam cum qua nec fuit verum matrimonium
 ex forma contractus, nec præsumptum, cum conatus non
 habuisset effectum: sed secundam debet habere uxorem.

DE DESPONSATIONE IMPUBERVM.

TITVLVS II.

CAP. I.

Pater pro filio impubere sponsalia contrahit, pro pubere vero non
 nisi consentiat.

Honorius Eusebio Episcopo.

Tua nos d. requisivit fraternitas de filio adusto,
 quem pater matrimonium vult contrahere, si sine
 voluntate adulti filii facere potest. Ad quod di-
 cimus, si aliquo modo non consentit filius, fieri non pos-
 se. Potest autem filium nondum adustum (voluntas cu-
 jus discerni non potest) pater cui vult matrimonio trade-
 re. Et postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem,
 omnino debet hoc adimplere.

CAP. II.

Impuberes ambo vel alter, nisi pro bonis pacis, conjungi non de-
 bent.

Nicolaus Papa.

Vbi non e est consensus: & infra. Districtius inhi-
 bebimus, ne aliqui, quorum uterque, vel alter ad ætatē
 legibus, vel canonibus determinatam non pervenerit,

a Vide Set. 4. sent. dist. 27. q. 2. art. 5. Sylvestrum in summa, ver-
 bo sponsalia, q. 10. & Covarr. in epit. 4. Decr. pa. 1. b accesserit.
 c Præter Distores, vide Gemmanum & Francum in c. 1. idem de
 dist. imp. l. 6. Sylvestri in summa, verbo matrimonium, 2. q. 10. & Alci-
 trall. de præsumpt. reg. 2. pra. 28. d C. 2. eod. tit. in l. compilatona.
 e C. 4. eod. tit. in l. comp.

